



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

16. Impedimentum iurisdictionis exercend[a]e ab Ecclesiasticis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

XVI. Impedientes Prælatos, velut Ordinarios iudices Ecclesiasticos, quò minus sua iurisdictio-ne spirituali canonice vtantur, iuxta Canonum & Conciliorum, præsertim Tridentini [A]sanctiones, quique Ordinariorum iudicium aut delegatorum sententias eludunt, ad Curias sacerdetales recurrunt, & ab illis prohibitiones & mandata contraria decerni & executioni dari procurant, & qui hæc decernunt, exequuntur, dant auxilium, consilium, fauorem in eisdem.

Impedimentum fieri quit per verba, facta, vim, metum grauem, directe vel indirecte, perse vel alios. ut g in consanguineis, affinibus, familiaribus, ne via detur iurisdictione exercendi, tam in principes, Magistratus, laicos, sacerdetales, quam contra Clericos, respectu causarum ad forū Ecclesiasticū pertinētiū.

tium. v. g. in causa Sacramento-
rum, beneficiorum, decimarum,
etc. Vide Cap. Quoniam in 6. lib.
3. tit. 23. & Sess. 5. de Reform. &
Alibi nefas sit, inquit seculari
Magistratui prohibere Ecclesiasti-
co Iudici, ne quem excommunicet,
aut mandare, ut latam excommu-
nicationem reuocet, apud Scort.
Theor. 425.

XVII. Usurpantes iurisdictio-
nem seu fructus, redditus & pro-
uentus Ecclesiasticos ad Sedem
Apostolicam, vel quascunque Ec-
clesiasticas personas ratione Ec-
clesiarum, Monasteriorum, aut a-
liorum beneficiorum Ecclesiasti-
corum pertinentes, aut eiusmodi
prouentus sine speciali licentia
Pape, seu aliorum ad id legitimam
facultatem habentium seque-
strantes.

Scilicet quatenus sunt redditus Ec-
clesiastici auctoritative & po-
testate